Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-787289-p0001-8

Die Verzeichnung der einzel-
nen in diesen fünf Bänden
enthaltenen Schriften, habe ich
für den Som- mer aufgeschoben
wann wieder im Locale der
Bibliothek selbst gearbeitet
werden kann.

8/1 49. Zacher.

III. fol. 13.

QVOD DEVS FORTVNARE VELIT!

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

# ERNESTO FRIDERICO II.

## DVCI SAXONIAE,

IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGRIAE ET WESTPHALIAE, LANDGRAVIO THVRINGIAE, MARCHIONI MISNIAE, PRINCIPIS DIGNITATE COMITI HENNEBERGIAE, COMITI MARCAE ET RAVENSBERGAE, DYNASTÆ RAVENSTEINII, CET. ORDINIS EQVESTRIS AQVILAE CANDIDAE POTENTISSIMI REGIS POLONIARVM, ITEMQVE S. HVBERTI SERENISSIMI ELECTORIS PALATINI EQVITI, SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS, VT ET REGIS HISPANIARVM CATHOLICI GENERALI EXCVBIARVM MAGISTRO, CETERA,

PATRI PATRIAE CLEMENTISSIMO

NATALEM

AVSPICATISSIMVM

PER QVINQVE PATRIAE SCHOLAE CIVES

DIE XVII. DECEMBRIS, CIↃ IↃ CCXXXIX.

DEMISSISSIME

GRATVLATVRVS

REIPVBLICAE NOSTRAE PROCERES, PATRONOS, FAVTORES, AMICOS

AD AVDIENDVM

INVITAT

GEORGIVS NICOLAVS OPPEL, Rector.

HILPERHVSAE, LITTERIS PENZOLDIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-787289-p0003-9

QUamuis in parentum erga liberos amore illius, quod dicitur: Amor potius deſcendit, quam adſcendit, certiſſima veritas ſit atque indubitata; ſiquidem naturalis amoris affectus, quo parentes & liberi ſe inuicem proſequuntur, in effectorum vitæ animis acerrime efferuet: amor tamen, qui obtemperandi ſunt ſtudioſiſſimi, ciuium, iure meritoque potius adſcendere quam Principum deſcendere dicitur. Mihi certe, Principum bonorum maieſtati conuenientem illum erga ſubiectos amorem plane negandi, animus non eſt; quippe huius rei exemplo nobis eſt atque locupletiſſimæ pro-

probationi Portugalliæ, qui ætate noſtra illi præeſt, Rex potentiſſimus, cui curæ cordique, quam ciuium ſalus, magis nihil eſt, quum tanta rerum perturbatione tanto amoris, ait, ardore erga ſubiectos flagro meos, vt ſalutis eorum rationem habeam, quam belli, maiorem. Sed, quia beneficia, quæ redundant in eos, innumera fere ſunt, eaque, quæ cum ad vitam, tum ad fortunas pertinent, quid eſt, quod adfirmare dubitem? eodem eos amore, quo vitam ipſam, &, quæ ad vitæ conſeruationem referuntur, neceſſaria, tuentes proſequi. Nam Principis prudentia excelſius nihil eſt, nec, quod ciuium rationem magis transſcendat, ex qua leges, ſalutem reipublicæ diligenter quærentes, tanquam ex limpidiſſimo ſecuritatis ſiue otii veritatisque emanant fonte. Qua ex re Solonis prudentia, quam Themiſtoclis victoria Salamine deportata non minus præclara diiudicatur, quia, vti Romanus Orator inquit, hæc ſemel profuit, illa autem

ſemper prodeſt ciuitati. Iuſtitiam attingere nihil attinet, qua certe, vt ſuum cuique tribuatur, ſumma Principis prouidentia eſt adhibenda. Hæc autem ipſa virtus propter ſe appetenda eſt: quum enim ea amicitiam ſtudioſe contrahat, inimicitiam autem funditus tollat, quid ſubiectis eſt vtilius, quid reipublicæ terminos reddit firmiores? Iuſtitia & æquitas maxime reddunt diuturnum imperium. Quid? quod otium & ſecuritas ſumma maieſtate confirmata firmiterque ſtabilita, requies tanquam rerum, quæ aut periculum adferunt, aut certe timorem iniiciunt, omnium, præcipuum Principis bonum eſt, quod, quæ ſingularis prouidentia eſt eius, incolis ille præſtat. Quodſi igitur ex ipſius Principis prudentia, iuſtitia, prouidentia aliisque inde exortis ſummo Principe longe dignis virtutibus nil niſi beneficiorum oceanus aperiatur apertiſſimus, flumen exinde exoriatur ac deſcendat: nonne contra exardeſcens ciuium & cum æmulatione exhiben-

hibendorum officiorum coniunctus amor adſcendat, atque ad ſummum maieſtate fulgentis ſe conferat Imperantis faſtigium? Præſertim, cum diligentiſſime in animum inducant ſubiecti homines ſummam rerum gerendarum moleſtamque adminiſtrationem, ac ſuam, quæ maximæ omnino iis ſit lætitiæ, ab eiusmodi onere liberationem gratiſſimam, quodque ſibi tantum, quod certe onus leue, ſit obtemperandum. Quamobrem, quæ a ſubiectis exigantur debita officia, non vi coacti nec iuſſi, ſed vltro & ſua ſponte illi ipſi perſoluunt. Tantum enim abeſt, vt timor propenſum officiorum erga eum, qui ſummæ reipublicæ præeſt, animum minuat atque de eo detrahat, vt amor eorum explendorum omnes agat partes. Qua ex cauſſa Plutarchus in Arati vita, quaſi hic ipſe loqueretur, Philippum Macedoniæ Regem omnium feliciſſimum iudicans, multi, o Rex! dixit, in Creta, magnique montes ex terra ſunt enati, multi in Bœotia loci muniti,

 quo-

quorum TV cum nullum occuparis, omnes tamen vltro imperata faciunt. Itaque amor ciuium eſt inexpugnabile munimentum, atque arx inacceſſa, vbi enim pax, ſecuritas atque iuſtitia florent, quaſi arma reipublicæ fortiſſima, periculum timendum minime eſt. Præclare igitur ſapienterque adfirmat prudentiſſimus ille Würtembergiæ Dux Eberhardus, habere ſe quidem ditionem non tam latam, quam omnibus rebus refertiſſimam; nihil tamen pretioſius in ea ducere, quam ſe ita amari a ſuis ciuibus, vt, ſi vel in venatione vel alibi a via deflecteret, & ſolus in deuiis locis relinqueretur, nullas prorſus inſidias metueret, ſomnumque capere poſſet in ſinu cuiusuis ſui ciuis & ſubiecti. Quum itaque DVX SERENISSIMVS, PATER PATRIAE CLEMENTISSIMVS omni clementia commemoratisque beneficiis benigniſſime cumulauit vrbis huius totiusque regionis noſtræ incolas; amoris autem, & quæ ILLI præſtanda eſt, ſubiectio-

nis

nis deuotæ principium ex ludis litterariis, primaria virtutum ac bonarum artium ſede, petitur: Dies Natalis, ex quo ciuium bonorum omnium proſperitas dependet vberrima, quamque, quanta fieri poteſt veneratione, lætabundi celebrabimus, copiam adferet haud certe exiguam, qua ciues e diſcentium numero, omnes, qui parent legibus ac mandatis DVCIS SERENISSIMI, ad amorem præ ſe ferendum hiſce proprio Marte conſcriptis inuitant orationum generibus, quorum

I. Io. Christianvs Wagner de eo, quod æquum ac pium eſt circa dies natales boni Principis, diſſeret ſermone Latino libero.

II. Wilh. Brvnnqvell ſummam Bellgradi ob periculoſam Imperantium commutationem deſcribet miſeriam carmine Latino.

III. Sigm. Frid. Bechmann de Iuliacum & Montes incolentium, qui incerti Imperantis ſpe aluntur fallaci, animi dolore grauiſſimo verba faciet Latina.

IV. Io. Gottofr. Theod. Lüzelberger odium Corſorum erga Imperantem illis adhuc a Gallorum copiis obtrudendum exprimet verbis Germanis ſolutis.

V. Io.

V. Io. Christ. Brvnnqvell ſuperbam maximamque in vrbem patriam felicitatem ex DVCIS SERENISSIMI bonitate redundantem Germana canet oratione, nec minus laudes EIVS quam lætitiam auſpicatiſſimi Natalis decantabit.

Quibus vt craſtino die ciuitatis noſtræ plurimum auctoritate valentes Proceres, Muſarumque Patroni atque Fautores reliqui adeſſe ne dubitent, ea, qua par eſt humanitate oro atque obteſtor.

Wb 239. 2°

Tresor

A.K. Leg.

N.C.

VD 18

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-787289-p0011-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-787289-p0012-9

38

Q ... NARE VELIT!

SERE ... PI AC DOMINO,

... N O

# ... STO

# FR ... ICO II.

... NIAE,

IVLIAC ... ANGRIAE ET WEST-
PHALIA ... RINGIAE, MARCHIO-
NI MISNI ... COMITI HENNEBERGIAE,
COMITI M ... YNASTÆ RAVENSTEINII, CET.
ORDINIS ... DAE POTENTISSIMI REGIS
POLON ... NISSIMI ELECTORIS PALATINI
EQV ... , VT ET REGIS HISPANIA-
... SIARVM MAGISTRO,

PATI ... EMENTISSIMO
... EM
... VM
PE ... SCHOLAE CIVES
... CIƆ IƆ CCXXXIX.
REIPVI ... VS
... CERES, PATRONOS,
... MICOS

C ... OPPEL, RECTOR.

... ENZOLDIS.

120

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-787289-p0013-5